UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Beatitudo

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Barbæ dimidiam partem ſeruorum Dauid raſit Hanon, 2. *Sa*-
mu. 10.4.

§ HISTORICA EXEMPLA.

...tatur apud Ariſtophanem in concionatricibus Epicratis ora-
...cuiusdam barba, cui ob id ipſum vulgari ioco cognomen in-
...σακεσφόρῳ, teſte ſenario, quem Ariſtophanis interpres ex Pla-
...comico, Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε. Rex barbæ, Epicrates
...fer. Barbam ob ſimilitudinem ſcutum vocat, & alibi. ἅπασα
... πρὸς ταῖν γνάθοιν ἔχουσα. Ariſtophanes in eundem, πώ-
... ὀλίγῳ καλλίονα. Mihi barba multo pulchrior atq;
... *Eraſ. in Adag.*

Philoſophi olim barbas alebant. Hinc prouerbium, Pallio & bar-
...philoſophus. Barbatum hoc crede magiſtrum dicere, ſor-
... quem ſuſtulit atra cicutæ, inquit de Socrate Satyricus. Lucia-
... paſſim hoc genus hominum inſectatur. Extat epigramma Græ-
...

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
Καὶ τράγος εὐπώγων εὔστολός ἐστι Πλάτων.

Iulianus Apoſtata ab Antiochenis ob hirſutiem & raritatem
...us, quaſi barba minime philoſopharetur, ad petulantiam
... coercendam ſcripſit librum μισοπώγωνα dictum.
Adrianus Imp. vt vulnera, quæ in facie erant naturalia tegeret,
... Cæſarum, *Dione teſte*, barbam nutriuit.

Barbarus. Barbaries.

§ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

...ARVM nomen eſſe dicimus, cum non cognoſcimus vn-
de veniat, ſic nomina prima propter vetuſtatem ſæpe ſunt i-
...ora, vnde veniant cum permutentur. *Plat. in Crat.*
...aros omnes alias nationes appellabant Græci. *Idem in dial.*
... Barbari omnes populi nominantur, præter Græcos. *Idem*
...
...orum nationes magis aptæ ſunt ad ſeruiendum, quam
...m, & qui Aſiam incolunt, quam eorum qui Europam. *A-*
...
... dicuntur, qui nec lege, nec ciuitate, nec alicuius di-
... ordine diſponuntur ad virtutem. *Alb. Mag. Ethic. 7. tr. 1.*

...arus eſt omni homini ille, qui linguam eius non intelligit.
... *prim. polit. l. 9.*
...us hoc ſigno declaratur, quod homines non vtuntur legi-
...onalibus. *Idem ibid.*
...ar, Arabica lingua, murmurare, ſeu vti vocis inculto ſono,
... *Dabar* (id eſt, verbum prolatum) Hebræorum *Barbar*
... originem ſumpſit, vltima ſyllaba *Bar* duplicata. Barba-
... ſignificet declarat. Strabo lib. 14. his verbis, Arbitror ab ini-
... nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, aſpere
... loquerentur: vt blæſos balboſque dicimus. Paulus Apo-
...baros à Græcis diſtinguit Rom. 1. 14. Alibi autem nomine
... intelligit qui loquens ab alio non intelligitur: vt Græ-
... eſt barbarus: 1. Cor. 14. 11. Iterum Coloſſ. 3. 11. Barbari
... nominis generalis, dein Scythæ, ceu ſpecialis, meminit.
...ymologic. triling. Lugd. pag. 127. Ex quorundam ſententia
... quaſi dicas Bardus, ex Hebræo nomine Bahar, brutus,
... Bahar, furenter egit, vt bruta ſolent furioſo impetu ferri ad
... appetunt.

§ APOPHTHEGMATA.

...charſis, cuidam obiicienti, quod eſſet Barbarus: Certe, in-
... Athenienſes, ſed viciſſim, Athenienſes barbari ſunt a-
...has. Græci, ſed in primis Attici (quoniam apud ipſos flore-
...ſciplinæ liberales, ac leges politicæ) reliquas nationes contu-
...ſa nominabant barbaras: cum barbarum dicatur, quic-
... peregrinum atque inuſitatum. *Laer. l. 1. c. 9.*
... interrogatus, vtri eſſent barbariores, Bœoti, an
... nominauit Eleos: ſignificans, hos vtriſq; barbariores, cum
...tur barbariſſimi. Hoc erat lepidius: ſi ab Eleo fuiſſet pro-
... forte fuit, *Eraſ. 6. apoph.*
... cum barbarorum animos ſpecies iniuriæ perculit, agun-
... qua dolor traxit, ruinæ modo, regionibus incidunt in-
... interriti, incauti, pericula appetentes ſua: gaudent feriri,
... ferro, & tela corpore vrgere, & per ſuum vulnus exire. *Lib.*
...

§ SIMILITVDINES.

... non gaudet potu: niſi prius obturbata conculcatione
... quibuſdam nihil placet in literis niſi barbarie conſpurca-
... *l. 18. c. 17.*
... canes omnibus ignotis allatrant: Ita barbari quicquid
..., carpunt ac damnant. *Plut.*

§ EXEMPLA BIBLICA.

... pro rudibus & ineruditis. *Rom.* 1. 14. 1. *Cor.* 14. 11. Barbari
... Paulum excipiunt. *Act.* 28. 2.

§ HISTORICA EXEMPLA.

Hammonis Sacerdos, quum adeuntem Alexandrum Græce cu-
peret ſalutare, ac παιδίον, id eſt filiole, vellet dicere, per barbariem
inquit, παῖ Διός, id eſt, Iouis fili. Vnde cœleſtis originis captata credi-
tur gratia, cui initia error dederit. *Cælius lib. 22. c. 20. A. L.*

Chryſippo Stoico, qui plurima ſcripſit, ſolœciſmus familiaris fuit:
teſte Galeno l. 2. de Hipp. & Plut. decretis, c. 5.

Martialis in primo Epigrammatum Cæcilianum ſolœcizantem
ſic inſectatur:

Cum dixi Ficus, rides, quaſi barbara verba:
Et dici Ficos, Cæciliane iubes.
Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

De Ruſo rhetore Pictauienſe imperito, ſic ſcripſit Auſonius,

Qui Remimiſco putat ſe dicere poſſe Latine,
Hic Vbi Coſcriptum eſt, legeret Cor ſi cor haberet.

Demoſthenes Valentis Imp. legatus miſſus ad Baſilium magnum,
cum in eum vehementer debaccharetur, barbariſmo quodam forte
lapſus eſt. Ad quod riſu Baſilius exclamauit: vidimus & nos Demo-
ſthenem ſine literis. At cum importunius obblateraret: ita obiurga-
uit, Tuum eſt de pulmentariis cogitare, & non diuina dogmata de-
coquere. *Sozom. l. 6. c. 16.*

Bartolus Iureconſultorum neotericorum princeps, vti cætera
bene, ita hoc male cum ſummo tamen applauſu dixit, de verbibus
non curat Iureconſultus. *Lud. Viues l. 1. corrup. diſciplinarum.*

Lacones literas vſus gratia addiſcebant: cæterarum diſciplina-
rum vrbe interdicebant non magis doctoribus quam artibus. Di-
ſciplina vero erat iis vna ad bene parendum, ad tolerandum labo-
res, & ad vincendum in pugna aut occumbendum. *Plut. in inſtitutis*
Laconicis.

Cum ſub Alexandri ſucceſſoribus Athenienſes pecunia egerent,
& quidam peregrinus ſe mutuam illis daturum, δανείω barbare
promiſiſſet: tumultuari, benignitatem eius repudiarunt, ſed cum
errore correcto δανείσω dixiſſet: tum demum liberalitate eius vſi
hominem collaudarunt. *Suid. in voce* θερμά.

Franciſcus primus Gallorum rex morem illum à Canoniſtis ac-
ceptum, Arreſta curiæ lingua Latina publicandi, An. ſal. 1539. è me-
dio ſuſtulit, & patria lingua deinceps vti ſuos voluit: offenſus, vt a-
iunt, barbarie cuiuſdam edicti, in quo inter cætera eiuſdem farinæ
hæc quoque legebantur: Nos deborauimus & debotamus.

§ APOLOGVS SEV FABVLA.

Luſcinia & Accipiter.

Luſcinia accipitrem, à quo comprehenſa fuerat, orabat, ſe vt di-
mitteret, neque id eum gratuito facturum eſſe aiebat. Precium
quodnam futurum eſſet roganti accipitri, reſpondit, ſuauiſſimi car-
minis ſonos. At ego, inquit ille, non aures meas, ſed ventrem exple-
ri cupio.

Fabula poteſt ad duos ſenſus eoſque diſſimiles accommodari.
Primum, vt intelligamus, imperitos homines liberalibus ſtudiis at-
que artibus non capi. Alterum, neceſſaria iucundis anteferri opor-
tere. *Ioach. Cam. lib. Fabul. p. 256.*

Beatitudo.

§ DEFINITIONES.

BEare eſt beatum facere: eiusq; oppoſitum eſt ebeare, quod eſt,
beatitudine priuare.

Beatitudo, Græce, μακαρισμὸς, ῦ, ὁ, & μακάριος, ου, ὁ, beatus: &
μακαρίζω beatifico dicitur.

Beatus Hebræi *Aſchré*, plurali numero dicitur: cuius rei ratio-
nem hanc adferunt, quod nemo ab vno aut altero bono beatus vo-
cari & eſſe poſſit: ſed ſi quis pluribus affluat bonis, tum felicis &
beati nomen merito retineat. Μακάριος, quorundam iudicio, idem
ſignificat, ac ſi dicas, mortis expers. κὴρ enim mors eſt, teſte Phauori-
no, quo nomine miſeriæ, mala & incommoda omnia deſignantur.
Ita duæ illæ etymologiæ definitionem beatitudinis perfectæ confi-
cient: nempe vt beatus ille dicatur qui liber eſt ab omnibus malis,
boniſque omnibus affluit. Vide Etymol. trilingue Lugduni edi-
tum anno 1607. pag. 130. 131.

Et eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, *ſecund.*
Boet. lib. 3. de philoſoph. conſolat.

Beatitudo eſt ſummum bonum, & vltimus finis rationalis natu-
ræ tantum. *ſecundum B. Thom. 4 ſent. diſt. 49. art. 2.*

Beatitudo eſt bonum naturæ intellectualis, apprehenſum per in-
tellectum. *ſecundum eundem prima parte, q 26. art. 1. & 2.*

Beatitudo eſt vltima perfectio hominis. *ſecundum eundem pri-*
ma ſecundæ, q 3. art. 2.

Beatus vir, dicitur omnibus virtutibus inſtructus & ornatus. *ſec.*
Cic. lib. 5. Tuſc. Quæſt.

Beatus dicendus eſt, qui ſit in bonis, nullo adiuncto malo. Beata
autem vita virtute conficitur. *ſecundum eundem. ibid.*

Beatus proprie dicitur, qui rebus omnibus ad vitæ vſum orna-
tumque ſpectantibus abundat. Dictus, vt quidam volunt, quaſi be-
ne auctus. Ideo locupletes viros aliquando beatos vocamus. *Iuue-*
nalis. Vetulæ veſica beata.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vide plura infra in Sententijs Philoſophorum.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Infelix, qui omnia nouit, & te neſcit, qui autem te & illa nouit, non propter illa beatus, ſed propter te ſolum. *Auguſtin. ſuper Ioan.* 17.

Tam potentem Deus fecit animam vt de eius pleniſſima beatitudine, quæ in fine temporum ſanctis promittitur, redundet in inferiorem naturam quæ eſt corpus, non beatitudo quæ intelligentis & fruentis eſt propria, ſed plenitudo ſanitatis quæ eſt incorruptionis vigor. *In Epiſt. ad Diacon.*

Beati immaculati in via, tanquam diceret, ſcio quid velis, quæris beatitudinem. Si ergo vis eſſe beatus, eſto immaculatus. *Idem ſuper Pſal.* 118.

Quando dicis: beate viuere volo, bonam rem quęris, ſed non hic: ſi habuit hic iſtud Chriſtus, habe & tu in regione mortis tuæ. Quid ille inuenit, attende. Veniens de alia regione, quid inuenit, niſi quod hic abundauit? labores, dolores, mortem. Ecce quod hic habes, & quod hic abundat, manducauit tecum. Quod hic in cella miſeriæ tuæ abundauit acetum hic bibit, ſed hic bibit, ecce quod in cella tua inuenit, & ad magnam menſam te inuitauit, menſam cœli, menſam angelorum, vbi ipſe panis eſt. *Idem ſuper Ioan.* 3.

Beatitudo vera non eſt, de cuius æternitate dubitatur. *Idem lib.* 2. *de æternitate Dei.*

Beatus ex ſeipſo nemo eſſe poteſt. *Idem lib.* 12.

Beatus non eſt, qui quæ vult habet, ſi mala velit. *Idem epiſt. ad Probum.*

Ille beatus eſt qui omnia quæ vult habet, nec aliquid vult, quod non decet. *Idem de ſpiritu & lite.*

Quid hoc bono melius? quid hac felicitate felicius, viuere Deo, viuere de Deo? *Amb. De Off.*

Dico beatam vitam conſiſtere in altitudine ſapientiæ, ſuauitate conſcientiæ, virtutis ſublimitate, non ſine paſſione eſſe, ſed victorem paſſionis eſſe beatum eſt. *ibidem.*

Beatus quem ſapientia deuorauit, quem virtus hauſerit, quem iuſtitia receperit. *ibidem.*

Beatum nihil, niſi quod caret peccato. *ibidem.*

Beatus vir, qui non cogitauit, nec fecit, nec docuit mala: non ſtetit, non perſeuerauit in delicto: ſed per pœnitentiam ad meliora conuerſus eſt. *Hieron ſuper Pſal.* 1.

Beatus qui poſt illa non abiit, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant, an non ſatis ea cum honore ſpernis, quæ cum dolore perdis? *Ber. in ep.*

Tripliciter in æterna illa & perfecta beatitudine fruemur Deo, videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobis ipſis, & quod his omnibus ineffabiliter iucundius ſit atque beatius, ipſam quoque cognoſcentes ſemetipſam Trinitatem. *Bernard. in ſerm.*

Vna cunctis erit beatitudo lætitiæ quamuis non vna ſit omnibus ſublimitas vitæ: & in illa beatitudine erit culpæ memoria, non quæ mentem polluat, ſed quæ nos lætitiæ arctius aſtringat. *Bern. ibidem in ſerm.*

Beatus dictus, quaſi bene habitus, ſcilicet ab habendo quod vellet, & nihil patiendo quod nollet. Ille enim vere beatus, qui habet omnia quæ vult, & nihil vult male. *Iſidor. Ety.*

Beatus eſt, de cuius culmine amicis datur lætitia, liuidis pœna, poſteris gloria, vegetis & alacribus exemplum, pigris & deſidioſis incitamentum, *Caſsiod. ep.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Anthologia ſacra Iacob. Bill.

Cæleſtem ad patriam tendens cognoſce vocantem,
Cuius proueheris, ſi bene curris, ope.
Nam ſi te virtute tua ad cæleſtia credis
Scandere, de ſuperis pulſus ad ima cades.

Boet 3.10.

Huc omnes pariter venite capti,
Quos fallax ligat improbos catenis
Terrenas habitans libido mentes,
Hic erit vobis requies laborum:
Hic portus placida manens quiete:
Hoc vnum miſeris patens aſylum.

Horat. 1. Epiſt. 16.

Tu recte viuis, ſi curas eſſe, quod audis,
Iactamus iam pridem omnes te Roma beatum:
Sed vereor ne cui de te plus, quam tibi, credas,
Neue putes alium ſapiente bonoq; beatum.

Ouid. 3. Met.

— Scilicet vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt, diciq; beatus
Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet.

Solon Auſon.

Dico tunc vitam beatam, cum peracta fata ſunt.

Terent. Phorm.

Beatus es, ni vnum deſit: animus, qui modeſte iſthæc ferat.

Horat. Ode 9. li. 4.

Non poſsidentem multa, vocaueris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter vti,
Duramq; callet pauperiem pati,
Peiusq; letho flagitium timet:
Non ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire.

Horat. in Od.

Nihil eſt ab omni
Parte beatum.

Clearchus apud Athenæum.

Felix per omnia nullus eſt mortalium:
Nihil vſquam eſt hominem carpere quod nequeat.

Pind. in Iſth.

Sæculum voluendis diebus nunc huc, nunc illuc ſe ... dij extra telorum iactum ſunt.

Idem in Pyth.

Aiunt ſane ſic viro ſtabilem florere fœlicitatem, ſi ... rat, id eſt, ſi ferat tum proſpera, tum aduerſa.

Lucanus l. 9.

Non illuc auro poſiti, nec thure ſepulti
Perueniunt: illic poſtquam ſe lumine vero
Impleuit: ſtellasq; vagas miratur, & aſtra
Fixa polis: vidit quanta ſub nocte iaceret.
Noſtra dies, riſitq; ſui ludibria trunci.

Val. Flaccus 1.

Aſt aliam (ſcilicet portam) tentare nefas: & tend...
Rara & ſponte patet, ſi quando pectore ductor
Vulnera nota gerens galeis præfixa, rotiſq;
Cui domus aut ſtudium mortales pellere curas,
Culta fides, longeq; metas, atq; ignota cupido.
Seu venit in vittis, caſtaq; in veſte ſacerdos.
Quos omnes lenis plantis, & lampada quaſſans
Progenies Atlantis agit, lucet via late
Igne Dei, donec ſyluas, & amœna piorum
Deueniant, camposq; vbi Sol totumq; per annum
Durat aprica dies, thyaſiq;, choriq; virorum,
Carminaq; & quorum populis iam nulla cupido.

Claud. 2. de raptu Proſerp.

Amiſſum ne crede diem, ſunt altera nobis
Sidera, ſunt orbes alij lumenq; videbis
Purius: Elyſiosq; magis mirabere campos,
Cultoresq; pios, illic pretioſior ætas:
Aurea progenies habitat ſemperq; tenemus,
Quod ſuperi meruere ſemel: nec mollia deſunt
Prata tibi, Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Ætna.
Eſt etiam lucis arbor prædiues opacis,
Fulgentes viridi ramos curuata metallo.
Hæc tibi ſacra datur, fortunatumq; tenebis
Autumnum, & fuluis ſemper ditabere pennis.

Ex Comicis & Tragicis Græcis.

Εὕροις δ᾽ ἂν οὐδὲν τῶν πάντων, ὦ Δημέα,
Ἀγαθὸν ἐν ᾧ τι μὴ πρόσεστι καὶ κακόν.
Bonum inuenire Demea nullum potes,
Admixta cui non aliqua portio mali.
Ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖς,
Τὰ δ᾽ ἔνδον εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι.
Foris beati quos beatos credimus,
Nihil ſed intus differunt à cæteris.
Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ·
Εἶναι δ᾽ ὑπόλαβε καὶ σὲ τῶν πολλῶν ἕνα.
Beatus omni ex parte nullus vſpiam.
Vnum eſſe de multis putato te quoq;.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTI...

Sit felicitatis definitio hæc: proſperitas cum ... cta vel fortuna rerum cum virtute adminiſtratio ... per ſe ſufficiens ad bene viuendum: vel vita ... ſumma ſecuritate & præſidio nixa: vel abundan... abſolutiſſima incolumitas corporis cum poteſtate ... que vi, quæ à paranda illa & conſeruanda ſuffica... *Ariſt.*

Nil beata vita deſiderat, nihil requirit, nullo ege... tenta eſt. *l.* 10. *Ethicor. c.* 6.

Non voluptuoſæ in vitæ degendæ rationibus be... virtuti conſentaneis actionibus officiisque cernitur...

Beatitudinem ſitam eſſe neceſſe eſt in parte op... dem mens eſt, ſiue alia pars aliqua, quæ naturæ lege ... ac regere: notitiamque in ſe rerum honeſtarum ... tinere, ſed diuina quædam res eſt, ſeu in nobis nihil ... *Eth. c.* 7.

Vndique perfectam beatitudinem hominis ... perfectæ & abſolutæ vitæ vſura acceſſerit. Nihil ... vita non perfectum poteſt exiſtere. Quæ talis ... lior eſt, quam vt eam attribuere ſibi homo debeat. ...

…pro homo eſt, ſed qua in eo diuinum quiddam incuſum …

… eſt Deorum beata vita, hominum autem, quatenus in ea … quiddam eius actionis exemplar. *lib.*10. *Ethic.c.*8.

… beatum dicat eum, in quo particula nulla ſit fortitudinis, … temperantiæ, nulla iuſtitiæ, nulla deniq; prudentiæ: quique … volantes muſcas extimeſcat: neque ab vlla re ſe abſtineat, ſi … edendi bibendiue cupiditate inflammetur: ſummos autem … ob quadrantem interficiat, ſique mente ita inſana, & à vero … perditus vt puer eſt, & amens. *Lib.7.de Repub.c.*1.

… beata vita, ſiue in voluptate, ſiue in virtute ponenda ſit, ſiue in … adeſt potius, qui ſummis voluntatis animiq; ornamen… ſunt, & modica adiumenta externa & aduentitia ha… quam iis, qui magnis copijs illi quidem abundant rerum ex… ſed his veris bonis carent. *ibid.*

… habere, & re nulla egere, id demum eſt ſeipſo eſſe conten… que præſidij in ſe habere. *lib.7.de Repub.c.*5.

… iam in beata vita ſummum bonum eſt, eaque in virtutis … perfecto conſiſtit: ita fit, vt quidam eius fieri poſſint … alij aut parum, aut nihil. *lib.7.de Repub.c.*8.

… ideo ſecunda fortuna vſus ſit in tota vita, ad extremum au… miſere vita migrauerit, hunc nemo duxerit in beatis. *libr.* 1. … c.9.

… beatus ſit quidem, ſi quis in Priami calamitates incidat. *lib.* …

… miſero iterum beatus non fiet exiguo tempore, ſed ſi quomo… eo fiet, quod longo quodam peracto temporis ſpatio, … res magnas ac præclaras rurſus ſit conſecutus. *ibid.*

… lit, cum bona omnia beatis attribuamus & conceda… non concedere: quibus nihil in bonis externis maius, … melius inueniri poteſt. *lib.9.Ethic.cap.9.& lib.2.magn.mor.*

… quidem perſpicuum eſt, benè beateque viuendi cupiditate … eſſe omnes, quæ alijs aſſequi licet, alijs per quandam for… naturam non licet. *lib.7.de Republ.c.*13.

… vitam, ſi cum cæteris bonis non coniungatur, ducimus … dam eſſe omnibus. Sin coniungatur, perſpicuum eſt, … eſſe cum minimo bono coniunctam quàm ſeparatam. … *lib.*10.*c.*7.

… benè vis audire, diſcito benè loqui, & cum benè loqui didice… facere conator, hoc enim modo bonam famam acquires.

… ipſum, vtrum diteſcere malis, an beari.

… diuitias velis, rem bonam eſſe ſcias, nec omninò in te ſi… verò beari, id & bonum eſt, & penes te. Opes enim fortuna … commodato dat. Beatitudo autem à noſtra voluntate … *Epictetus.*

… eum non bonum eſſe, quem vulgus appellat, ad quem pe… confluxit, ſed illum, cui bonum omne in animo eſt, e… mirabilia calcantem, qui neminem videt, cum quo ſe … velit, qui hominem ea ſola parte æſtimat, qua homo … natura magiſtra vtitur, ad illius leges componitur, ſic vi… modo illa præſcripſit, cui bona ſua nulla vis excutit, qui ma… vertit, certus iudicij, inconcuſſus, intrepidus, quem ſi … mouet, nulla perturbat, in quem fortuna cum, quod ha… innocentiſſimum, vi maxima intorſit, pungit, non vulne… *epiſt.*43.

… eſſe ſine virtute nemo poteſt. *Cic.de nat.deor.*

… beatus, cui nihil humanarum rerum, aut intolerabile ad … animum, aut minus lætabile ad efferendum videri … *Tuſcul.*

… dicuntur, qui ſunt in bonis nullo adiuncto malo. 5. *Tu*…

… quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, … cruciant, nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis … voluptatibus. *ibid.*

… temperans, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacrita… ſine libidine, is eſt beatus. *ibid.*

… poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, … in ſe vno ſua ponit omnia. Cui autem ſpes omnis, & ratio, & … pendet ex fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi, nihilq́; quod … habeat, permanſurum ſibi, ne vnum quidem diem. *In* …

… ſtabili & fixo & permanente bono, beatus eſſe nemo poteſt: … inueteraſcere, nihil extingui, nil cadere debet eorum, … beata conſiſtunt. Nam qui timebit, ne quid ex his de… beatus eſſe non poterit. 5. *Tuſc.*

… beatus eſt, non intelligo, quid requirat, vt ſit beatior: ſi eſt … quiddam, quod deſit, ne beatus quidem eſt. *ibid.*

… eſſe in maximarum rerum timore non poteſt. Nemo igi… beatus poteſt, neque enim in aliqua parte, ſed in perpetuita… vita beata duci ſolet. Nec appellatur omnino vita bea… confecta atque abſoluta: nec enim poteſt alias quiſquam … eſſe, alias miſer. Qui enim exiſtimabit poſſe ſe miſerum eſ… non erit. Nam cum ſemel eſt ſuſcepta beata vita, tam per… quam ipſa illa effectrix beatæ vitæ ſapientia: nec expectat vltimum tempus ætatis, quod Crœſo ſcribit Herodotus præceptum eſſe à Solone. *De Finib.*2.

Eſt verè fortunatus ille, cuius ex ſalute non minor penè ad omnes, quam ad illum, cui ventura ſit, lætitia peruenerit. *Pro M. Mar.*

Omne beatum eſt, cui nihil deeſt: & quod in ſuo genere expletum atque cumulatum eſt, idque virtutis eſt proprium. 3. *Tuſc.*

¶ Apophthegmata.

Solon à Crœſo interrogatus, an quem vidiſſet ipſo beatiorem, Tellum nominauit Athenienſem, priuatum hominem: ſed qui relictis liberis ac nepotibus, benè inſtitutis, feliciter obijſſet diem. Interrogatus dein, cui poſt illum tribueret felicitatis elogium, Cleobin & Bitum Argiuos fratres nominauit, qui cum ſumma pietatis laude defuncti fuerant. Indignatus rex: Nullo igitur loco me ponis? Ego, inquit Solon, facilè confiteor te regem opibus & imperio florentem: beatum non appellarim, priuſquam feliciter hanc vitam abſolueris. *Herodot. in* 1. *& Laert.lib.*1.*c.*1. *& Eraſm.lib.*7.*apoph. Val.Max.lib.*7.*c.*2.

Ageſilaus. Cum quidam apud Ageſilaum admiraretur regis Perſarum felicitatem, quod admodum iuuenis eſſet: Ne Priamus quidem, inquit, cum huius eſſet ætatis, erat infelix, indicans, neminem appellandum beatum, niſi ad ſupremum vitæ diem perueniſſet, quod nec Priamo, nec Crœſo contigit. *Plut.*

Epaminondas percontatus, quiſnam inter omnes duces omnium eſſet fortiſſimus? ipſe ne, an Chabrias, an Iphicrates? Reſpondit, hoc iudicare ſatis arduum eſt, dum viuimus. Indicare autem voluit, Solonis ſententiam eſſe veriſſimam, qui neminem ante mortem beatum iudicabat. Quamdiu enim viuit homo, varijs fortunæ caſibus ita inuoluitur, vt nunc eleuetur, nunc deprimatur. Sola igitur mors oſtendet, qualis fuerit vnuſquiſque, dum vixerit. *Plut. in Græc.*

Chilon interrogatus, qua re docti præcellerent indocto? Bona, inquit, ſpe. Doctos autem appellabat, honeſtis legibus ac moribus inſtitutos, & iuxta rectam inſtitutionem vitam agentes. Hi cæteris rebus pares, hoc vno ſuperant improbos, quod poſt hanc vitam ſperant rectè factorum præmia. Nam Lacones exiſtimabant egregios viros, poſt obitum in vitam beatam translatos, fieri diuos. *Diogenes Laert.*

Socrates interrogatus de Archelao Perdiccæ filio, qui tum fortiſſimus habebatur, num eum beatum iudicaret? Neſcio, inquit: nunquam enim cum eo collocutus ſum. Subijcienti, Eadem opera de rege Perſarum potes, an ſit beatus. Quid ni, inquit, cum neſciam, quam ſit doctus, aut quam vir bonus. Socrates hominis beatitudinem veris animi bonis metiebatur. *Cicer.libr.Tuſc.q.*5. *ex Georgia Platonis.*

Diogenes. Athenienſes hortabantur Diogenem, vt myſterijs initiaretur: addentes, quod initiati apud inferos principatum tenerent. Ad quæ Diogenes, Perquàm ridiculum eſt, inquit, ſi Ageſilaus & Epaminondas in cœno degunt: & Patetion fur ac viliſſimi quiq; homines, quod initiati ſint, in Beatorum inſulis erunt. Grauiter taxauit ſacrificulorum errores, qui quæſtus gratia blandiebantur hominum imperitorum ſuperſtitioni, perſuadentes, initiationem conferre felicitatem poſt hanc vitam. *Eraſm.libr.*3. *apoph. ex Diog. Laert.lib.*6.

Antiſthenes, quum Orphicis myſterijs initiaretur, ac ſacerdos diceret, illum bonis plurimis fruiturum apud inferos, poſt hanc vitam: Cur, inquit, ergo tu non abrumpis vitam? *Eraſm.Roterod. libro* 7.*apoph.ex Laert.lib.*6.*c.*1.

Plato, eum demum beatum in vita pronunciari dicit, cui in ſenectute contigit, vt ſapientiam veraſque opiniones aſſequi poſſit. *Cic. lib.de Finib.*5.

Anaxagoras interroganti cuidam, quiſnam eſſet beatus? Nemo, inquit, ex ijs, quos tu felices exiſtimas: ſed eum in eo numero reperies, qui à te ex miſerijs conſtare creditur. Non erit ille diuitijs & honoribus abundans, ſed aut exigui æris, aut non ambitioſæ doctrinæ fidelis ac pertinax cultor, in receſſu quàm fronte beatior. *Valer.Max.lib.*2.*c.*11.*Bruſon.lib.*2.*c.*36.

¶ Similitudines.

Nazianzeni. Quemadmodum inter homines multæ ſunt differentiæ viarum, ac electionum inſtituta, tam maiorum, quam minorum, ſplendidorum, ac periculoſorum: Ita & in diuinis, non vnica ſolum virtutis eſt via, per quam ſaluamur, ſed plures: & quod plures ſolum ſint apud Deum, hoc vbique diuulgatum eſt, ac omnium celebratum ac cognitum linguis, ob nullam aliam cauſam, quàm quod multæ ſint viæ, quæ illac ferunt: quædam periculoſiores, clariores tamen: aliæ verò humiliores, ſed tutiores. Cur igitur ſecuriores relinquimus? & ad hanc vnam nos conuertimus, quum ſit lubrica ac pernitioſa, & quonam ferat, ignoremus: ſiquidem non omnibus idem conuenit cibus, ſed alijs alius, iuxta varietatem ætatis ac habitus. *De modeſtia in diſputation.*

Quemadmodum ſunt variæ viuendi rationes: Ita multæ ſunt apud Deum ſedes, pro ſua cuique dignitate diſtributæ & aſſignatæ. Proinde vnus quidem hanc virtutem exerceat, alius illam: hic plures, ille omnes, ſi fieri poteſt, modo progrediatur, ad idq́ue, quod eſt ante, contendat, & pro viribus ſequatur egregium itineris ducem, qui per viæ portæq́ue anguſtias ad beatitudinis perniciem perducit. *In orat. de pauperib. amand.*

Roterodami, Vt vulgus ineptum magno labore, magnoq́ue impendio remedia ab extremis Indis aut Æthiopibus petunt, cum in hortis nobis naſcatur, quo morbis mederi poſſimus: Ita præſidia beatæ vitæ magno molimine foris quærimus, in imperijs, in opibus, in voluptatibus, cum in animo ſit, quod nos beatos faciat. *In ſimilitud.*

Thriueri, Hoc virtuti vt proprium eſt, vt quam quiſq; virtutem amat, communem eſſe omnibus velit: Ita hoc magnum eſt eius, qui in cœlo eſt, concentus exemplum, vbi nullus in alio maiorem gloriam, virtutem indignatur, ſed congratulatur. *In apophtheg.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Beati qui, *Pſal.* 1. *v.* 1. & 32. *v.* 1. 2. & 106. 3. & 112. *v.* 1. 2. & 119. 1. 2. & 128. 1. & 144. 15. & 146. 5. *Prouerb.* 3. 13. & 8. *v.* 32. 34. & 16. 20. & 28. *v.* 14. & 29. 18. *Eſai.* 30. 18. & 56. *v.* 1. 2. *Ierem.* 17. 7. *Matth.* 5. *v.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. *Luc.* 20. *v.* 20. 21. 22. & 7. 23. & 11. *v.* 28. & 14. *v.* 13. 14. *Ioan.* 20. 29. *Rom.* 4. *v.* 7. 8. *Luc.* 1. *v.* 12. 25. & 5. 11. 1. *Petr.* 4. 14. *Apoc.* 1. 3. & 14. 13. & 16. 15. & 19. 9. & 20. 6. & 22. *v.* 7. 14. Beati oculi, *Luc.* 10. 23. Beatius dare quàm accipere, *Actor.* 20. 35. Beati, qui Domini cauſâ moriuntur, *Apoc.* 14. 13. Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. 19. 9.

¶ APOLOGVS.

Muſca & Formica.

Præferens ſe formicæ muſca, illam abijcere verbis, & ſe extollere. Vide, inquit, quanta ſit humilitas tua: Caua loca terrarum incolis, & perpetuò humi reptas, magno cum labore tenuem victum quærens. At me alæ in ſublime ferunt, & accipiunt menſæ regiæ, auro & argento ego eadem bibo, delicatiſſimis cibis veſcor, purpuræ incumbo. Quinetiam molliſſimas ſæpè genas formoſarum deoſculor. Faſtidioſæ & inflatæ opinione felicitatis reſpondit formica: Etiam hoc adde, improbitatem tuam inuiſam & odioſam eſſe omnibus, contra te flabella & venena parari. Itemq́ue hoc, modica anni parte durare hanc beatam vitam tuam, dum ſol feruet, hyeme & frigore ſtatim occidere. At ego æſtate mediocri labore exerceor, vt hyeme quietam & ſecuram vitam poſſim degere.

Fabula hoc ait: Qui quæ vult dicit, ea quæ non vult audit. Et hoc: Non eſſe in paruis commodis, ſed ſine magnis incommodis vitam beatam. *Ioach. Camer. lib. Fabul.*

Vide infra Locum de Felicitate. Item, de Proſperitate.

Bellum.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

BELLVM, Græcè πόλεμος,ου,ὁ,& πολεμικὸς,ου,ὁ, bellicoſus dicitur, & eſt propriè diſſenſio, per quam arma mouentur: hinc ſociale bellum dicimus, bellum Romanorum cum Hetruſcis vel Samnitibus.

Bellum & prælium ita differunt, quod bellum eſt tum ipſa pugna, cum totum tempus, quo in militia ſumus, quod illiterati guerram dicunt: Prælium verò eſt ipſum tantummodo armorum certamen. Nam pugna & certamen etiam citra arma fit, interdum etiam nudis verbis.

Bellum, Hebr. *Lachem*, vbi fit conciſio & diſſectio hominum, Iudic. 1. 8. Et *Milchamah*, cædes, inciſio, quæ fit ore ſeu acie gladij in bello. Deut. 2. 15. 1. Sam. 8. 20. & 18. 17. Pſal. 140. 3. & 144. 1. In plurali *Milchamoth*, prælia, bella. & in Samuelis hiſtoria *Milchemeth*, prælium, vbi homines ſe inuicem cædendo deuorant & abſumunt, à verbo *Lacham*, Incidit dentibus, vel ore gladij, proſcidit, comedit, exedit mandendo & concidendo. Metaphoricè ſignificat bellum gerere, præliari. Nam in bello gladius videtur homines deuorare. 2. Sam. 11. v. antepenult. Hinc Græc. λαιμάω, λαιμάζω, λαιμάσσω, intemperanter comedo, deuoro, ingurgito: λιχμάω, λιχμάζω, Lambo, ligurio, deuoro. *Lechem*, panis, omnis cibus quem dentes incidunt. Pſal. 136. v. penult. num. 14. 9.

Bellum Latinis ita dictum fuiſſe per antiphraſim vult Priſcianus, quod minimè bellum ſit. Alij à bono deducunt, non tamen ἀντιφραστικῶς, ſed quod boni gratia bella olim ſuſciperentur, nec ad inferendam, ſed ad propulſandam iniuriam, paceḿque parandam. Bella certè res, & magiſtratibus ac principibus gladio iuſto armatis, pro ſalute populorum fidei ſuæ commiſſorum [...] iuſta repellere. Alij à duello deriuant, prima ſyllaba [...] Feſtus à belluis, quod belluarum ſit mutuo ſe lania[re ...]

Prælium autem eſt conflictus ipſe, & hoſtium congre[ſſus] & certamen: quamuis hoc etiam nudis verbis pera[gitur ...] verborum rixis pugnantes ſententiæ certant. Liuius [...] li & prælij attingit, dicens, Populum Romanum nulla [...] verò prælijs fuiſſe ſuperatum. Et Virgil. Æn. 11.

Infantem fugiens media inter prælia belli
Extulit exilio comitem.

Aliquando tamen bellum capitur pro prælio. Saluſtius [...] trecenti milites deſiderati.

Prælium, Hebr. *Kerab*, Pſalm. 55. 22. & 144. 1. Et plur. *Keraboth*, Pſalm. 68. 31. à verbo *Karab*, appropinquauit, [...] eſt propius, pugnauit, congreſſus eſt in bello. Qui p[...] aggrediuntur, hodie Galli equites Sclopetarij Kara[...] tur. Græc. μάχη, ἀμφιμαχία, ab Hebræo verbo Lacham [...] ris deriuata voce. In prælijs enim corpora pugnantium [...] uti præda dentibus belluarum inciditur & in fruſta [...] & in partes miſerè diſſecta iacent.

Pugnam à pugno ſeu manu clauſa, & in cond[...] ctam vult Donatus. Nam veteres ante vſum ferri [...] gnis, calcibus, morſibus, corporumq́ue luctatione c[...] pugnis tela, lapides iacula vibrabant. Et certè præ[...] ciuntur, nec enim haſtæ & enſes extenſa manu, [...] tur. Hebr. *Naptul*, à verbo *Pathal*, diſtorſit ſe, ver[...] ctantes ſolent. In pugnis etenim agilitas & ſumma [...] ritur.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Prudenter ordinatur quoad intentionem, [...] ſit cauſa iuſta.

Hoſtes vos ſentient Madianitæ: quia & ipſi ho[...] contra vos. *Num.* 25.

Dixit autem Dauid ad Philiſtæum: Tu venis ad [me cum gla]dio & haſta & clypeo: ego autem venio ad te in no[mine ...] exercituum, cui exprobraſti hodie, & dabit te Do[minus ...] mea. 1. *Reg.* 17.

Pro iuſtitia agonizare pro anima tua: & vſque ad [...] pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. [...]

Pro eo quod plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, & ga[uiſus es ...] to affectu ſuper Iſrael: idcirco ego extendam manum [...] te, & tradam te in direptionem gentium. *Ezech.* 25.

Pro eo, quod fecit Idumæa vltionem, vt ſe vindica[ret ...] da, peccauitq́ue delinquens, & vindictam expetiuit de [...] manum meam ſuper Idumæam. *Ibid.*

Quod ad proſecutionem in Deum ſit fiducia.

Moſes autem, & Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper [...] lis. Cumque leuaret Moſes manus, vincebat Iſrael. Ex[...]

Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes [...] aduerſum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit [...] coram Domino Deo veſtro, vt eruamini de manibus [...] veſtrorum. *Num.* 20.

Si exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videbis [...] currus, & maiorem quàm tui exercitus multitudinem [...] eos, quia Dominus Deus tecum eſt. *Deut.* 20.

Filij Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe habe[...] in Domino vicerunt inimicos. 1. *Par.* 5.

Et conuocauit vniuerſos in platea portæ ciuitatis [...] ad cor eorum, dicens: Viriliter agite, & confortamini [...] nec paueatis regem Aſſyriorum, & vniuerſam mul[titudinem ...] eſt cum eo. Multo enim plures nobiſcum ſunt, quàm cu[m ...] illo enim eſt brachium carneum, nobiſcum Dominus [...] qui auxiliator eſt noſter, pugnatque pro nobis. 2. *Paral.* [...]

Facile eſt (ait Iudas) concludi multos in manu pau[corum ...] eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in mul[tis ...] quoniam non in multitudine belli, ſed de cœlo [...] 1. *Mach.* 3.

Bellum fiat cum conſilio & ſapientia.

Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, [...] mum pacem. *Deut.* 20.

Quando obſederis ciuitatem multo tempore, & [...] circumdederis, vt expugnes eam, non ſuccides arbores [...] veſci poteſt, nec ſecuribus debes per circuitum va[ſtare ...] quoniam lignum eſt & non homo, nec potes bellantium [...] augere numerum. *ibid.*

Gubernaculis tractanda ſunt bella *Prouerb.* 21.

Vir ſapiens & fortis eſt, & vir doctus, robuſtus & [...] cum diſpoſitione vnitur bellum: & erit ſalus, vbi [...] ſunt. *ibid.* 24.

Hanc ſub ſole vidi ſapientiam, & probaui ma[...] parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam Rex magnus [...] lauit eam, extruxitque munitiones per gyrum & perfe[...] dio. Inuentusque eſt in ea vir pauper & ſapiens, & li[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN